



**Conciones siue Conceptvs Theologici Ac Prædicabiles R.  
D. Petro Bessæi SS Theol. Doct. Reg. Galliar. Oratoris**

De Sanctorum Festiuitatibus Anni totius, & aliis solemnitatibus - Opvs  
Novvum, Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue] Scriptoribus  
plenißimum, cum occurentium fidei controuersiam tractatione .... Editio  
Qvinta. Nvnc Demvm Integre Svppletæ, Concionibvs Per Octauam Vener.  
Sacramenti ...

**Besse, Pierre de**

**Coloniae Agrippinae, 1629**

In Festo S. Ioannis Ante Portam Latinam.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56262](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56262)

Crucis elo-  
gia.

O millies adoranda, omnigena venerati-  
one digna, & infiniti pretii crux! tu cœli de-  
cus, terræ ornamentum, & totius orbis mira-  
culum, inter cæteras tu arbores, inter thro-  
nos, thesauros, mirabilia omnia, & creata  
vniuersa emines & præstantissima es. O crux  
honore, magnitudine, & gloria plena; te lau-  
dant Angeli, glorificant homines, dæmones  
formidant. Tu cœlis ornamenta, terræ solutio,  
inferis es terror. In te sperant peccatores,  
tu ægros solaris, tu afflictos recreas, per te  
miseri æquanimes sortem suam ferunt, in te  
fideles credunt, per te pugnautes sumunt a-  
nimos, oppressi generose se tuentur, per te  
denique nemo non roboratur & animatur.  
O vere regia crux, ac plane diuina, te & ore &  
corde supplices adoramus: te velut vnicam  
protectionem nostram, tutelam, ac defensionem  
agnoscimus, ad te velut ad sacram an-  
choram ac spem vnicam accurrimus, ad te,  
veluti ad vnicum asylum nostrum confugi-  
mus: nostri ergo miserere, nos admitte, ac  
præsta vt quem ipse in Caluaria monte in te  
recepisti, in cœlestia nos habitacula, & glori-  
æ sempiternæ fruitionem recipere dignetur:  
cuius nos participes efficiat Pater, Filius,  
ac Spiritus sanctus, Amen.

IN FESTO S. IOANNIS  
ANTE PORTAM LA-  
TINAM.

Partitio.

1. S. Ioannes an mortuus, disputatur in vtram-  
que partem.
2. Tenetur affirmatiua; & quomodo intelligen-  
dum: non moritur.
3. Perfectiones in illo conglobatæ.
4. Prærogatiua singularis recumbentis supra  
Christi pectus.
5. Martyrium graphice descriptum.
6. De usu & proprietatibus olei, eiusque sym-  
bola.

Accessit ad Iesum mater filiorum Zebedæi,  
cum filiis suis, adorans, & petens aliquid  
ab eo. Matth. 20.

## FIGURA.

**B**eniamin omnium Iacobi Patriarchæ Gen. 46.  
filiorum natu minimus, præ cæteris fra-  
tribus in Ægyptum frumentandi gratia ab-  
euntibus à Iosepho & bene habitus est, &  
maiora aliis beneficia & grati amanti que  
animi testimonia accepit: quod tum ad ocu-  
lum patuit, cum in epulo, quo simul omnes  
excepit quinque illi præ aliis fercula apponi  
iussit, binas vestes dedit, & scyphum aureum  
infiniti pretii ac valoris ori sacci illius indi-  
dit. Qui singula hæc paulo secum attentius  
considerare voluerit, ilico iudicabit, omnia  
recte quadrare, & ad Ioannis nostri Euange-  
listæ sortem præsignificandam contigisse.  
Certum namque est primo, eum inter cæte-  
ros Apostolos omnium natu minimum fuisse,  
& Christo cariorem, qui proinde per ex-  
cellentiam dictus sit *discipulus quem diligebat*  
*Iesus*. In huius amoris testimonium in beati-  
tudinis epulo quod in cælo instituitur, quin-  
que illi fercula missusque supererogauit,  
quinque inquam sensuum gloriam, & vestem  
duplicem, id est, corporis & animi gloriam:  
quin & scyphum ex auro purissimo, id est,  
passionis calicem, cum nimirum hodie ante  
portam Latinam in feruentis olei vas conie-  
ctus est, iuxta id, quod de illo prædictum erat:  
*calicem quidem meum bibitis*. Verus inquam  
ille Benjamin, de quo prædixerat David, *ibi*  
*Beniamin adolescentulus in mensu excessu*: quod  
non de Paulo Apostolo, sed de Ioanne Eu-  
angelista intelligendum est, qui mirabiles  
mentis excessus passus est, cum, qui super fa-  
ctum filii Dei pectus requiesceret, dignus est  
habitus etiamnum adolescens; haud dum e-  
nim passionis Dominicæ tempore vice-  
simum complebat ætatis annum. Sublimia hic  
includuntur mysteria, & materia sane per  
quam illustris: quam vt pro dignitate vobis  
exponam, cœlestem opem efflagito, & ad  
Spiritus Paraclerum confugio, gratiam vt  
elargiatur, & meritum concedat; vosque ea-  
dem opera obtestor, eodem vt vota vestra  
dirigatis, quapropter huc preces mentemque  
dirigentes, simul omnes Virginem sacratissi-  
mam rogemus, suis vt suffragiis nobis adsit,  
interim

D d 3

interim dum Angelica eam salutatione compellabimus.

AVE MARIA.

**I.**  
Quaestio magna circa mortem S. Ioannis Euangelistae.

Ioan. 11.

Vnde Patres nonnulli crediderint, Ioanem non esse moriturum.

Theophylacti sententia de morte S. Ioannis.

In cap. 10. Apoc.

Orat. de consummatione saeculi.

Magni sane momenti ac ponderis est inter Doctores & Patres Ecclesiasticos controversia, Auditores, quae de Ioannis Euangelistae morte & mortis genere controuerti consuevit. Cœpit hæc iam tum Apostolorum ætate quaestio moueri, & varie discutitur: nam in Euangelio legere est, *Exiit sermo iste inter fratres, quod discipulus ille non moritur.* Controuersia vero & disceptatio ab illis Redemptoris Petro de Ioannis amici sui statum rebusque inquirenti respondentis verbis ortum traxit, *Si eum volo manere, donec ueniam, quid ad te?* Ex hisce verbis permulti in eam uenere opinionem Patres, quae Ioannem nonnullum esse defunctum, sed ad usque filium Dei ad iudicium aduentum, & vltima mundi tempora in vita permanurum, ac tum quidem non ceterorum hominum more expiraturum, sed viuum in caelos subuectum in gloria sempiterna iam donandum, astruere sint ausi. Hinc sibi persuadent, haud dum illum expirasse, sed viuum in terrestrem paradysum translatum esse, vt tandem aliquando, tempore Antichristi, cum Elia & Enoch Ecclesiae periclitanti opem ferat.

Opinionis huius auctor & antesignanus est Theophylactus, qui primus eam & producit, & calamo propugnauit: ita namque in Ioannem commentatus scribit: *Quidam dicunt Ioannem viuere, & ab Antichristo occidendum, cum Elia predicant e Christum.* Aretas Cæsariensis Archiepiscopus eandem insulit viam, & illa Apocal. verba, *Opor. et te iterum prophetis gentibus,* exponens, de suo adiungit, *Ex hoc dicto opinantur multi Ioannem & Iesum ad saeculi consummationem viuere, ac venturum esse circa tempora Antichristi cum Ench & Elia.* Suffragatur his & S. Hippolytus martyr, & in eadem ab it, cum in orat. de seculi consummatione. Biblioth. SS. Patrum tomum relata hæc in aciem pro hac sententia verba producit: *Prior aduentu Domini praecursor in habuit Ioannem Baptistam, p. sicut. or autem Enoch, Eliam, & Ioannem Theologum exhibebit.*

Simeon Metaphrastes, & B. Ioannes Damascenus pedibus in eandem sententiam concedunt, & causam eandem tuentur: primus ait, *Ioannes Enoch & Elia coniungitur. & eodem sensu Damascenus, Ioannes & Iesus ad aduentum Christi expect. omnino mortis perstiturus est.* Catharinus & plures alii doctrina & nomine illustres Doctores tam Latini quam Graeci, eandem etiam sequuntur & exosculantur sententiam.

Doctrina vero hæc non solis nudisq; doctissimorum in vtraque lingua scriptorum auctoritatibus & verbis nititur, sed validis quibus pro etiam praegnantibusque & quidem plurimis confirmatur rationibus, à quibus vndiquaque nemo non fulcitur & redditur aliquatenus probabilis. Prima, quae ipsum tangit fundamentum, est, quod hoc ipsum verba Christi proprie innuere videantur, *Sic eum volo manere, donec & veniam:* quorum is est sensus, si eum volo manere mortis expertem, donec ad mundum veniam diiudicandum.

Secunda instat acrius, & omnes aduersariorum obiectiones vno umbone dilicit & prosternit. Nemo scilicet Ioannem aut mortuum vidit, aut eius ossa vel reliquias, nemo haecenus eius reperit sepulchrum, nemo cineres; nullus etiam adduci historicus vel testis potest, qui eum scribat defunctum, aut aliorum mortalium ad instar expirasse, vnde coniciamus & efficiamus oportet, Ioannem adhuc in viuus agere, & in paradysum terrestrem esse translatum.

Tertia non minus est violenta. Certum est & indubitatum, Antichristo omnes Ecclesiae vires oppositum iri, & omnes eius statuas & S. tus aduersus eum depugnatos: Enoch legis Ioannes in naturæ status partes ager, Elias pro statu le fine seculi gis Mosaicæ decertabit: æquissimum igitur venient ad sane est, vt & pro statu Euangelico, & Iesu Antichristi, & lege gratiæ aliquis exsurgat, qui sto resistentia cum ceteris sit nobilior, omnesq; perfectio- dum. ne & excellentia antecellat; ratio ipsa de- poscere videtur, vt generosissimum & maxime strenuum quem habuit pugilem, emit- tat, dilectissimum inquam, Iesu Christo discipulum, eius honoris perquam studiosum, & cultui illius addictissimū. Ob hanc forsitan causam magna & illustres illi, quoad Anti- christi

In vita S. Ioan.

Orat. de transfig.

1.

2.

3.

christi statum & tyrannidem, reuelationes in Apocalypsi facta sunt.

4. Apoc. 10.

Quarta, ab ipsa S. Scriptura parte irrum- pit, & alterius partis propugnatores acerrime impedit. Ioanni siquidem in Apocalypsi ab angelo dictum est: *Oportet te iterum prophesare genibus & populis, & linguis, & regibus multis.* Hoc porro à Ioanne nondum factum videtur, Epheso enim non discessit, & vix alias adiit nationes remotiores, aut linguas exoticas, aut populos incognitos, præterquam Græcos, verisimile ergo videatur, in sæculo- rum id sine fore vt contingat.

S. Ioannes sub Anti- christo mar- tyr futurus.

Quinta non minus damnum infert: Promittit scilicet Apostolis Redemptor, per pœnas illos, tormenta, tribulationes & aduersa in cœlum ascensuros, quid vero causæ fuit, quæ ratio, ob quam discipulo sibi carissimo honorem hunc eximium, & tam illustrem gratiam negaret? cur Dominus Ioanni non concessit, quod tanto ille desiderio exoptabat? Credendum ergo, nondum eum in ortis tela sensisse, quod in Antichristi persecutione cum Elia & Enoch martyrii sui laurea coronandus; atque ita votis eius fiet satis, & Saluatoris promissa fidem habebunt, dicentis: *Calicem quidem meum bibetis.*

6.

Sexta ferit hostem cominus & vt se extri- cet negotium facessit. Ait ergo, Missus est Ioannes in feruens & bulliens oleum: cur ergo tunc eum mori minime Deus permisit, & eo in cruciatu vitam finire? cur tanto eum miraculo in vita conseruauit superstitem? nisi vt superuineret, quo tandem moreretur mundo vniuerso moriente. Videtur certe id innuere Christi verba, *Sic eum volo manere in vita, donec veniam,* ac deinde non secus atque alii emoriatur.

Dicentium Rationibus hisce rite, & vt oportet, confi- deratis, dicendum est, opinionem hanc non nondum esse esse omnino reiiciendam, nec plane absur- dam. Licet enim argumentis hisce responde- re, rationes euertere, & confutare liceat; om- nibus tamen recte libratis, & rationibus vna cum auctoribus & scriptoribus exami- natis mentem ipsæ propemodum in partes suas cogunt descendere, & victoriam concede- re.

Communior tamen ac vtro consentien-

tior opinio est, Ioannem vere esse vti reliqui Apostoli, mortuum. atque hæc etiam à vai- dis patronis defenditur, & veritas ipsa gene- rosos ac strenuos, qui pro se decerent, pug- les habet. Primus qui eam propugnauit & docuit, magus fuit Hieronym. qui in tract. de Script. Ecclesiasticis plane & aperte hæc de Ioanne scribit, *Confectus senio Ioannis sexa- gesimo octauo post passionem Domini anno mor- tuus est. quid afferri lucidius & manifestius queat?*

Sequitur hunc veteranus & celebris qui- dam miles, Polycrates nomine, quem in hi- storia sua Ecclesiastica mirifice celebrat & extollit Eusebius, apud quem hoc loquitur modo, *Ioannes, inquit, qui, ut a patribus Domini i* Lib. 3. Ecclesi. hist. c. 32.

Ad has etiam partes accedit Tertullianus; *lib. de anim. lib. de anima enim hoc habet, Obiit Ioannes, cap. 50. quem in aduentum Domini remansurum frustra fuerat spes. cuius auctoritas scriptoris aliene sententiæ assertores mirifice percellit.*

S. Augustinus Afer, & præclarus Eccle- siæ Doctor isdem adhæsit, & pugnam iti- dem iniens, & causæ caput, verba inquam illa Domini, *sic eum volo manere donec veniam,* excutiens, eo illa modo exponit, *sine vulnere, sine cruciatu dormiat, & expectet me,* qui dein- de se ipse rursus interpretatur, *hoc est, sic solo eum manere, & mori sine martyrii crucia- tu, nolo me sequatur per crucem, tu me se- quere.*

Glossa ordinaria, Haymo, Venerabilis Beda in homilia, quam de S. Ioanne scripsit, suffragantur: quorum vltimus Ioannem ait in fossam quamdam profundam, in sepul- chrum paratam viuum descendisse, atque ibidem sine vilo cruciatu, post effusas ad Deum preces, omnis expertem doloris, Pa- tribus suis appositum & aggregatum esse. S. Epiphanius vero & Dorotheus, magni vterque nominis, auxiliarias adferentes co- pias, eadem sentiunt.

Præter veterum Patrum declarationes, au- thoritatem, decreta & verba, sunt & rationes quædam fundamentales, quæ ad causæ hu- ius confirmationem mirifice faciunt, & ei vi- toriâ prope consignant ac palmâ: quas ordi- ne hic depromam. Prima in ipsis scripturæ verbis.

II. Vera opi- nio Ioannem esse mortuum.

Lib. 3. Ecclesi. hist. c. 32.

Lib. de anim.

cap. 50.

Serm. 149. de temp.

Epiph. hæres. 79. Dorotheus in Synopsi.

Rationes ad verba fundata est, fundamentum ipsum probandum propagat, ac nulla ratione credi posse ait, Ioannem Ioannem adhuc superstitem vivere, quod vere esse mortuum.

1. ob quæ minime moriturus credebatur, explicans subnectat, *Non dixit ei Iesus, non moritur: quæ expositio non alio re picit, quam vt illam de Ioanne non morituro opinionem Apostolorum mentibus insidentem tolleret, eumque vere a instar aliorum moriturum adstrueret.*

2. Secunda validius procedit, secumque omnes Ecclesiæ vires trahit, solaque ipsa sufficit ad inimicorum aciem euertendam, palamque reportandam. Totius, inquit, Ecclesiæ, quæ errare nequit, & veritatis tribunal & columna est, ea est sententia, opinio, & fides. Indubitanter siquidem illa credit, Ioannem mortuum esse: ac propterea festum eius annua celebritate recolat, intercessionem eius efflagitat ac suffragia: quem ipsa honorem non nisi iam mundo egressus, cælo regnãtib; beatissimis, & gloria fruuentibus sanctis exhibet. At si Ioannes mortuus non esset, in mundo sane adhuc ageret, nondum beatus foret, nec proinde in sanctorum catalogum referendus; atque hinc sequeretur, Ecclesiam hoc facto errare, falli, decipi, festo instituto eum sanctum velut mortuum, cæloque receptum recedendo & inuocando, qui etiamnum superstes foret.

3. Tertia vallum quoddam hostile subuere nititur, falsitatisque conuincit argumentum illud, quo aduersariorum vires potissimum niti videbantur, quo neminem Ioannis vidisse reliquias asserere: docet ipsa à contrario, & ostendere se paratam ait, in œcumenico illo Ecclesiæ Concilio, Ephesi celebrato, clare Ioannis reliquiarum mentionem fieri: verba eius hæc depromit: *Sacras sanctorum triumphatorumque martyrum, maxime vero beatissimi Ioannis Theologi, atque Euangelistæ reliquias videndi, easdemque complectendi desiderio flagrantibus.* Si testimonium hoc ad causæ probationem satis non esse putaret, proferret & aliud è 2. tomo Conciliorum depromptum, quo Cælestinus Papa in Epistola ad Synodum Ephesi collectam Patrib; hoc modo scribit: *Ioannis reliquias presentes hono-*

*ratis.* Reliquiæ porro non nisi mortuorum ac defunctorum sunt. cum ergo Pontifices & Concilia generalia de S. Ioannis reliquiis loquantur, cum mortuum esse necessum est, aut certe erroris nostra coargui fides possit.

S. Ioannes Chrysostomus hanc rationem etiam confirmat, veritatisque auxiliatus, & Euangelistæ huius mortem, reliquias, ac sepulcrum negantes, erroris conuincens, vno omnes telo perit: *Apostolorum, inquit, plurimorum ossa nescimus ubi iaceant. mox vero addit, Petri & Pauli quidem, Ioannis & Thomæ manifesta sunt sepulchra. quæ sane argumenta valida sunt, & hostium aciem facile euersura.*

Exploratissimum ergo est, & certissimo S. Ioannes credendum, Ioannem vere mortuum esse, vt mortuus plurimorum testimonio auctorum, præter est & deinde illos, quos iam iam produxi, constat, ac post de resuscitatum mortem ilico eum resuscitatum cum corpore virginali viuentem cælos petisse. Testem & prædem habeo Petrum Damianum Cardinalem ita differentem: *Pium, inquit, est arbitrarî, vt sicut de beata Deipharice creditur, ita Ioannem iam resurrexisse.* Eiusdem est opinionis Nicephorus, B. Isidorus item in Etymologiis, S. Thomas in 4. sententiarum, Albertus Magnus, & alii plures.

Et sane rationi consentaneum & plane credibile est, Christum Dominum eo discipulum suum carissimum fauore esse persecutum, quo non alios. Ad hæc verisimile fit, corpus eius ita purum & integrum, & à terrena corruptione immune conseruatum esse, vt hodie ab igne illæsum eum Dominus & ab oleo feruente ante portam Latinam Romæ tutatus est. Miraculosâ hæc prærogatiua est, quam vniuersa Ecclesia admiratur, & festo indicto celebrat, in Euangelium nobis illa consignans verba: *Potestis calicem bibere: in quâ duo hodierna in concione adferam; primum Ioannistanger laudes, secundum eius Martyrium causâque festi profequetur.*

Primo igitur, quicumque magni huius Ioannis pancyristam ac præconem agere, eiusque diuitias, merita, gratias, virtutes, & spirituales thesauros in laudum illius theatro proponere voluerit; is sibi mare ehibendum, terram omnem dimerendam, stellas

Ecclesiæ vniuersa Ioannem mortuum credit, cum festum eius celebret.

Tom. 3.  
Concil. c. 3.

Mentio reliquiarum S. Ioannis.

III.

Perfectiones Ioannis inueniendam credat. Ad digne siquidem de tam præstantis viri præstantia loquendū, Ciceronis verbis Demosthenis eloquētia, Plutarchi memoria, Homeri iudicio, Aristotelis doctrina, Platonis genio, & ingenio Angelorum opus esset: nam sanctissimi viri huius laudes & præconia omne humanum superant ingenium, & terrenis minime dignantur laudibus enarrari.

S. Ioannes in omnibus perfectus. Equidem dum eadem admiraturus ob oculos pono, videre mihi videor Angelum ob puritatem, Prophetam ob reuelationes, Apostolum ob electionem, Euangelistam ob historiam, martyrem ob passionem, doctorem ob documenta & præcepta, confessionem ob exilium, hominem denique perfectum, sanctissimum, & omnibus rebus ac numeris absolutum; videre inquam mihi videor simile illi, de quo apud Ecclesiasticum legimus: *Dilectus Deo & hominibus, cuius memoria in benedictione*. Virum denique admirabilem, maximis præ reliquis hominum prærogatiuis donatum.

Ecl. 45. Trias priuilegia Ioanni concessa, quæ ipse met recēset. Ipsemet quas cœlitus receperat gratias & prærogatiuas recensens, tria sibi soli priuilegia collata refert potissimum. Primum, quod Christo carus fuerit & acceptus: *Quem diligebat Iesus*. Secundum, quod supra pectus Domini in cœna vltima recubuerit. Tertium, quod arcana eius sciscitari sit ausus dicens: *Domine quis est qui te traditurus est?* quod ceteri Apostoli minime petere ausi sunt.

Insignis Ioannis modestia & humilitas. Antequam porro de prima prærogatiua, in amore, quo eum Christus persecutus est, sita plura dicam, non possum quin summam Ioannis modestiam, & profundam eius humilitatem demiter; qui dum de magno hoc favore, & singulari Christi gratia, qua se amore quodam intimo, & non, quo alios, cœmuni, sed maiori quam alios Apostolos prosequeretur, loqueretur, duntaxat, simpliciter ait, *quem diligebat Iesus*, alia non addendo, ne se alijs conferendo, ne forte animus laudum fastu turgidus insoleceret, atque alios hoc nomine præ se contemneret. Humilitatis sc. amor sui ipsius magnitudini & exaltationi contrarius, impedimento fuit, quo mi-

*Bessetom. 3. De sanct.*

nus diceret, quod reuera tamē dicere potuisset, *quem præ ceteris diligebat Iesus*: Hoc enim postea eum nomine Patres omnes affectere, & hoc in eum præconium effuderunt.

S. August. in primis, in Ioan. commenta-  
tus, hac eum laude donat: *Ipsa est Ioannes, qui inter omnes discipulos super pectus Domini discumbat, & quem Dominus, charitatem debens omnibus, tamen præ ceteris diligebat*. Idem habet & Euthym. Ioannem, inquit, *diligebat Iesus, plus videl. ceteris, et qui plus diligere dignus erat*. Sequitur & Theophyl. & iisdem prope verbis, *Ioannes præ ceteris alijs diligebatur maxime non aliter Chrylost. Et alij amabantur, sed Ioannes Ioannes præcipue*. Patrib. Græcis suffragatur & doctor D. Thom. in Angelicus D. Thom. suamque; afferens symbolam ait: *Christus speciali dilectione præ ceteris Ioannem dilexit*.

Et sane Ioannem maiori Dei filius, quam reliquos est Apostolorum amore persecutus, annes ca-  
maiori etiam quam ipsum Petrum; maiora enim & euidentiora ac plura amoris illi signa exhibuit, quam Petro. Quenam vero amoris huius causa? Triplicem assignat D. Thomas. primo adscribit eum integræ & sinceræ animi corporisq; puritati, utpote qui virgo electus tota vita virginitatem coluit. eandem causam adfert & D. Hier. & Euthym. qui quidem Ioannem puritatis conseruanda ita ab adolescentia studiosum fuisse asserunt, nullam ut vel minimam, qua pollueretur, cogitationem in animum aut mentem admiserit. Secunda intima dilectionis causa fuit doctrinæ eius sublimitas & sapientiæ magnitudo, quod nimirum ad secretorum diuinorum cognitionem altius euolarit, & in mysteriorum adyta penitus alijs omnibus penetrarit. Tertia vehemens eius erga Redemptorem Iesum amor & affectus, ex toto namque eum corde & amore incredibili complectebatur.

Lib. 1. aduer. Iouin. Euth. Ioan. 13.

Alias alij causas allegant S. Ioannes Chryso-  
stomus eximie eius humilitati hoc attribuit, quam nempe iam tum, ex quo ad dextrâ sedere in regno Christi cupiens ab eo correptus est, omnem ambitionem exuens, colere cœpit. Adducit & alias, & morum dulcedinē, simplicitatem, innocentiamque; vitæ, quæ in eo relucebat, amoris fuisse incentiua vult.

E c D. Tho-

D. Thomas tribus suis causis & hanc quartam addit, ob iuuentutem scilicet & aetatem imbecilem. Quidquid deniq; in causa fuerit, fuit

In Ioan. 12.

ille discipulus quem diligebat Iesus.

Apoc. 14.

Iesu ergo carus erat, quod mundo & puro esset corde, & virgo: quin in Apocalypsi sua scribit, eos qui cum mulieribus non sunt co-

Sap. 6.

inquinati, nec impuros conlectati sunt amores, sed virginalem candorem integritatemq; inuiolatam conseruarent, Agnum sequi quocumq; jert, & ab Agno amatos ab eius latere nunquam discedere. Deinde in Sapiente scriptum est: *In corruptionem facere proximum Deo*: atq; vt impudicitia & lubricitas animas a Deo elongat & reuocat, ita vita integritatem & puritatem ad eum deducere. Hæc scilicet incorruptio, virginitas inquam, Ioannē nostrum Christo ita vicinum ac propinquum reddidit, vt super sanctum pectus cum recubere fecerit, suog; amore præ reliquis Apostolis dignum reddiderit.

Prov. 22.

Illustre inter omnia Salomonis Prouerbia & proposito quadrans, illud est, *Qui diligit munditiam, habebit amicum regem* quod in sancto hoc Euangelista locum habet, cum n. in corde mundo conseruando operā maximā collocasset, & puritatis virginis custodiendæ perstudiosus esset, Iesum Regem Regum, & totius orbis monarcham in amicum habuit.

Tob. 3.

Tobias ille sapiens, non vana quadam ostentatione sed potius ex humilitate & in formam gratiarum actionis ob beneficia accepta, cordis sui puritatem Deo confitens magna illi cum sinceritate ait: *Tu scis quia mundam seruaui animam meam ab omni concupiscentia* Erāt hæc verba in ore sanctissimi viri pulchra, sed Ioannis nostri in ore maiorem longe gratiam haberent: nam & Tobiam & reliquos omnes puritate & integritate superans, vere coram Deo & hominibus dicere potest, semper se virginem permanisse, animamque ab omni concupiscentia immunem & liberā seruasse, non a concupiscentia dumtaxat, sed etiam ab omni lubrica & lasciuia cogitatione, idq; toto vitæ tempore. Hinc & factus est discipulus quem diligebat Iesus.

Christus in cruce suam

In huius amoris testimonium cum cruce affixus esset Christus, suam illi matrem cre-

didit, eiusque quasi tutorem creauit. Tutela Ioanni commissa hæc sunt verba: *Ecce mater tua*, trem comnon ait, *seruo sed, fili: nec, ecce domina*, sed, *ecce mondat. Mat. 17.* quorum singula honorem & magna amicitia familiaritatisq; includunt indicia. in quæ verba S. Ambrosius hanc meditationem concinnat: *Auctor humani generis in cruce pendens pietatis officia distribuere, persecutionem Apostolis, pacem discipulis, corpus iudais, patri spiritum, Virgini paranyum, hum, latroni paradisum, peccatoribus infernum, Christianis penitentibus veniam legauit.* Quid dici elegantius digniusq; potest? an non hæc omnium, in cruce quæ Redemptor possidebat, egregia distributio & partitio, & testamentum & legata sua dispersit. inaudita? S. Ioannes vero inter intimos haud dubie referendus, vt pote cui mater legata dilectissima.

Patriarcha Iacob morti se proximum videns singularem quo Ioseph filium suum amore prosequeretur, & semper quoad vixisset profecturus erat, manifestaturus, pauculis his ei verbis portionem præ alijs fratribus legauit, dicens: *En ego moror, & erit Deus vobiscum, reducetq; vos ad terram vestram, do tibi partem vnā extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi, in gladio & arcu meo.* Ita omnium Patriarcharum pater Iesus jamjam in cruce animam exhalaturus, immensum suum erga Ioannem discipulum amorem & affectum declaraturus, in signe illi donarium legauit, & donariorum omnium præstantissimum, matrem inquam suam sanctissimam, quæ crucis passionis suæ arcu & gladio ab Amorrhæi, id est, peccati ac diaboli manu tulerat, dicens: *Ecce mater tua.*

Venit hic mihi in mentem eius, quod olim in libro Iudicum legere memini. Sisara cum diutius domo abesset, & morā veniendi neciteret, mater eius moram hanc & absentiam agreferebat, ac nō mediocri dolore cōsciebat: porro vna vxorum eius socrum his est verbis allocuta: *For sit an nunc diuidit spolia, & pulcherrima foeminarum eligitur ei.* Certe in arbore crucis Christus velut alter Sisara manibus & spolia dispersit, ac de omnibus quæ possidebat legata disposuit, animam Patri, Ecclesiæ Petro, matrem gloriosam Ioanni

Euang.

Euangelistæ legans, quæ omnium erat pulchritudinū pulcherrima, & inter omnes, quas vlla sæcula viderunt, fœminas perfectissima, iuxta illa elogia, quæ in Canticis dat sponsus dicens: *Tota pulchra es amica mea*. Atq; hæc facta sunt, vt hinc manifestum fieret, Ioannem fuisse discipulum quem diligebat Iesus.

S. Ioannes commemorat quæ recepit beneficia, & non obsequia quæ præstitit.

Hoc Ioannes ipse velut honorificum deprecatur, & sibi beatam est sortem gratulatus, idq; nõ iactabundi aut ostentantis cuiusdam in morem; neq; enim obsequia, quæ Christo detulit, nec amorem, quem ante ostenderat, recuset, cum tamen libere asserere posset, omnia se, patrem, matrem, nauē, retia, & quidquid in mundo possidebat, idq; in flore ætatis deseruisse; sed gratias dumtaxat ac beneficia recepta commemorat. in quo suam testatur est gratitudinem & perpetuam beneficiorum recordationem, & vt sanctus & virtutum in ludo ex cultus & eruditus recepta cœlitus beneficia dumtaxat recolat, non vero quæ ipse vicissim impedit obsequia. quorum illud humilitatem, hoc è contra superbiam redolet.

Sanctum est exercitium, & pe diuina beneficia recolare.

Et est sane sanctissimum quoddam exercitium diuina beneficia semper ante oculos, in mente, corde & ore habere: ante oculos quidem ad eadem perpendenda, in mente ad eadem euoluenda, in ore ad eadem celebranda, in corde ad assidue de iisdem cogitandum. Hoc vt faceret, sponsæ ac dilectæ suæ suadebat castus ille sponsus, cum poni se volebat, vt amoris notam super cor, & velut signaculum super brachium. Brachium porro operū est instrumentum & organum, cor vero cogitationum officina. Deum autem verum animarum nostrarum spōsum in corde & brachiis gestare nihil est aliud, quam beneficiorum eius recordari, & eadem in memoria recenti semper habere: quæ plane Christiana sunt exercitia, eoq; desiderabilia, quo diuini in nobis amoris incendium magis excitat, & cor ad gratias illi agendas magis ac potentius succendunt.

Cant. 8.

Leu. 6.

In huius rei figuram in Leuitico iussit Deus, vt ignis in altari holocaustorū semper arderet, quem subiecto ligno & fomite mane ac vespere sacerdotes semper alerēt: *Ignis, inquit, in altari semper ardebit, quem nutriet sa-*

*cerdos, subiciens ligna mane per singulos dies: ignis est iste perpetuus, qui nunquam deficiet in altari.* Designare hoc præcepto mystice voluit, vt Diuinorū beneficiorū memoria nutrit diuini amoris ignem. Num è præcipuis, quibus Deifamilium occupari oportet, exercitiis, esse operam dare, vt diuini amoris æstus & ignis incessanter ardeat, & in cordis sui altari perpetuus sit, quotidieq; ligna & alimenta, beneficia inquam recepta, subijcere, quæ verus amoris huius sunt fomes & nutrimentum, quæ non quotidie dumtaxat, sed ad singulas horas & momenta, memoria recolenda sunt.

Hoc vitæ ritū instituebat Psalmista, vtq; sua nobis exercitia patefaceret, cum dixisset: *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?* mox subiungit: *In meditatione mea excardescit ignis.* Id est, vt & qualiter beneficia, quæ à Deo meo recepi, animo voluo, ita & non aliter sancti amoris eius ignis in animo meo accendetur. Et sane frequens beneficiorum cœlestiū recordatio veri sunt folles, aut potius viui quidam fomites in cordibus nostris diuinum hunc ignem & amorem ignitū, quamdiu in hoc mundo agimus, succendentes, Deumq; simul inuitant, vt cum gaudio nobis beneficiat. Rei huius praxim idem ipse rex in alio Psalmo docet dicens: *Ego autem semper sperabo, & adijciam super omnem laudem tuam:* quasi dicat: *Quandoquidē Deus meus, meditatio mihi adeo est utilis tantaq; pariat commoda, semper omnem in te spem meam conijciam, & noua à dextra tua beneficia expectabo, te semper prout potero celebras ob ea, quæ jam recepi, quorum nunquam me capiet obliuio.*

Diuinorū beneficiorū memoria nutrit diuini amoris ignem.

Psal. 15.

Memoria beneficiorū cœlestium sunt nutrimenta ignē diuinum fouentia.

Psal. 7.

Et sane solenne semper viris sanctissimis fuit, diuinorum assiduo beneficiorum recordari, eademque in corde & ore nunquam nõ habere: Exemplo nobis sit Iacob, qui Esau fratri suo factus obuiam, post viginti prope annorum absentiam, cum is de rerum suarum statu & prolium numero perconraretur, ac num comites omnes itineris ad ipsum spectarent, dicens: *Quid sibi vultis isti, & si ad te pertineant?* placide & singulari cum modestia respondit: *Paruuli sunt, quos donauit mihi Deus seruo tuo,* deinde fratrem rogans, vt quæ de bonis suis illi elargiretur munera, ad-

Gen. 38.



Veterum pia consuetudo, beneficiorum diuinorum semper meminisse. Esau ingratitude mundanorum repraesentans.

mittere ne grateretur, quam potuit humanissime eadem obtulit dicens : *Suscipe benedictionem, quam attuli tibi, & quam donauit mihi Deus tribuens omnia.* Videte quomodo, ut pius ille uir omnia ad Deum referat, piusque eius diuinorum beneficiorum recensendorum morem admittamini. Profanus uero Esau, ut alterius erat indolis, alio etiam est modo locutus, & uelut ingratus, nec benefactorem agnoscens Deum haec ingrati animi testes uerba protulit : *Habeo plurima frater mi, sine tua tibi, quasi diceret: Diuitijs te aut aequo aut supero: quare de me noli esse sollicitus, tuas tibi diuitias habe. Videte ut locutus sit, adeo enim cum fratre non dicit, Deus mihi plurima dedit, nec Deum ut Dominum aut benefactorem suum, omniumque auctorem ac datorem agnouit, ut ne corde quidem eius & animo sit recordatus, aut lingua ei gratias egerit, & in laudes eius proruperit, sed uelut ingratus & oblitus, sibi omnia adscripsit. In quo summam ipse mundanorum ingratitude, Iacob uero piam piarum consuetudinem repraesentat, qui recepta beneficia & gratias nunquam non animo memori recolunt, uti & hodie Iohannes noster, dum honorem, quo a seruatore Iesu afficiebatur, celebrat & extollit, dicens : *Discipulus quem diligebat Iesus.**

Gen. 45.

Ioseph Patriarcha, qui octoginta & amplius annorum spatio tanta cum prudentia sapientiaque laude Aegypto praesuit, piam hanc sanctamque seruatorum Dei ac praesertim patris sui consuetudinem animo impresserat, fratribus namque uniuersam uita seruam, & laudabilem sortem suam recensens ait paucis : *Deus nescit dominum uniuersa domus Pharaonis, non principem in omni terra Aegypti.* Non ait autem, Ad hunc me honorem apicem Pharaonis exiit, aut tam mihi fortuna propicia fuit, uel prudentia, sapientia ingenioque hanc mihi imple dignitatem comparauit (ita enim mundanus aliquis loqueretur) sed absolute simpliciterque ait, a Deo bonum hoc obtinuit, is me fecit eum qui sum : illi soli omnem sortem ac fortunas meas debeo. hunc Iohannes noster imitatus dicit : *Discipulus quem diligebat Iesus.*

Iosephi gratitudo ob recepta a Deo beneficia.

Dauid rex, si quis unquam, pius & iustus, Dauid sanctam hanc seruans consuetudinem, non nes inuita, satis habebat, saepe beneficiorum caelitus acceptorum reminisci, deque ijs frequentem gratias agat sermonem institueret; uerum etiam ea ipsa exproreceptis aggerando, omnes secum ad ea agnoscenda a Deo gratias, & simul ad se in gratijs ob eadem iam cognititas suppliciter & cum laude agendis iuuandum creaturas inuitabat: *enite, inquit, audite, & narrabo u. bis omnes qui ter. etis Deum, quanta fecit anima mea, quantum debeam Deo, quas mihi gratias contulerit; sed ea conditione & pacto, ut calamos mihi & uoces mutuo detis, quibus ei summa animi demissione gratias persoluam, & eius decantem praeconia. Imitare sanctos hosce viros anima mea in assidua beneficiorum a Deo tuo acceptorum recordatione : & orbem uniuersum, ut tecum ex intimo corde & affectu gratias agat, inuita, itaque uitium ingratitude fugias.*

Gen. 24.

Rebecca prudens illa ac sapiens puella, ut in Genesi scribitur, acceptas a spso suo Isaac uelut matrimonij arrhas per nuntium in aures, amillas, aliaque cimelia, parentibus & consanguineis ostendit, ut illius hoc pacto magnitudinem & diuitias testatas faceret, quae dona alia quaedam imprudens & arrogans puella domi arca inclusisset, ea ipsa nemini non exhibuit spectanda. Ita quoque sancti ac pij erga Deum uerum animarum suarum sponsum se gerunt: statim enim ac meritum, uirtutem, gratiam quampiam, quae caelestia reuera sunt monilia, & spirituales diuitiae, magnique ea pretij & uera immensa Dei erga se dilectionis argumenta recipiunt, omnibus ea manifestant, & patefaciunt, nullo non momento de iisdem loquuntur, ac datorem assiduo depradicant, ut hoc pacto bonitatis illius magnitudinem, libertatis excessum, misericordiae fundum per omnium ora diuulgent, & honoris illius ac gloriae famam laetius proferant.

Legisse olim in historia Esther memini (si Esth. 6. rite recordor) Assuerum Regem prudentia & sapientia, si quis unquam illustrem, in sonnes saepe noctes integras ueterum historiarum monumenta, & praefatos annales lectitando duxit.

duxisse: relata portò in eos erant quæcumque, ex quo ad regnum euectus erat, ab aliquo vnquam beneficia ac beneuolentia argumenta receperat. Et sane prudenter admodum, vt nimirum per hæc ipsa monumenta eorum inquirens nomina, quibus ob recepta beneficia obstrictus erat, post patrem ijs referret gratiam, & reciprocam beneuolentiam rependeret. Principis huius exemplo Christianos omnes infomes traducere noctes oporteret, nec oculos in somnum declinare, quo nimirum velingens sacra scriptura volumen, in quod quiddam ab orbe condito contigit relatum est, euoluerent, vel vitæ suæ librum, quo continetur quiddam nobis accidit, ex quo in terra viuere cœpimus, vt in vtroque legentes beneficia quæ a Deo suscepimus, & quam multis ob eadem illi nominibus obstricti simus, ilico ad ei gratias agendas accingamur, ac gratos nos omnigenorum obsequiorum de latione præbeamus.

Et rubescant ad hoc exemplum Christiani, a deo erga Deum benefactorem suum ingrati & immemores. Videant vt Ioannes noster, quo gratia à Iesu Christo magistro suo accepta melius recordaretur, atque inde eius laudandi occasionem haberet, suum commutet nomen, nec Ioannem, nec Apostolum, nec Euangelistam, nec Prophetam, nec martyrem (qui tamen merito in ipsum tituli quadrabant) se nominet, sed *discipulum* duntaxat quem diligebat Iesus.

*Gen. 4.* Pium hoc Ioannis factum alterius prope similis, quod in Genesi legitur, & Iosepho Patriarchæ contigit, mihi memoriam reficit. Hic enim cum duos à Deo filios accepisset, natu maiorem Manassis donauit nomine, dicens: *Obluisci me fecit Deus omnium laborum meorum.* Minorem vero Ephraimi, dicens rursus: *rescere me fecit Deus in terra paupertatis mee.* O pium sanctumque virum! ô animum generosum & illustrem! ô insignem sancti huius viri gratitudinem! cui satis non est ob malorum oblationem & bonorum susceptionem Deo gratias agere, sed filijs quoque suis nomina imponit, beneficij recepti significationem includentia, vt ani-

ma id suæ semper infixum insculptumque permaneret; vtque eadem opera filij sui hæc donati nominibus, vna cum patre ad gratitudinem declarandam, gratiasque datori persoluedas excitarentur. Ita & Ioannes noster vt diuinorum benefactorum memoria immortaliter illi inhæreret, nomen proprium assumere non vult, & aliud sibi longe dignius imponit, nimirum *discipulus quem diligebat Iesus.*

Et sane ita eum diligebat, vt in singularis & extraordinaria cuiusdam dilectionis signum illi caput super sacrum pectus reclinare permitteret: qui sane honor nemini fuit data præterquam illi concessus aut collatus. Sanctus Ioannes Baptista veritus est vel manu Redemptoris caput tangere; sanctus Thomas digitum lateri vel admouens præ reuerentia quadam sacra exclamat, sancta Maria Magdalena tren ebunda & gemebunda pedes eius tangere perhorrescit; hic vero discipulus cum illo quodammodo ludit, ad libitum de eo statuit, & familiariter admodum super sacrum eius pectus recumbit.

Moyse, etsi summus legislator, Dei videre quidem faciem voluit, sed sola posteriora cernere illi datum fuit. Isaias, & Ezechiel in omnibus suis reuelationibus semper eum non nisi in throno confidentem conspexere. Abraham etsi pater fidei & fidelium omnium caput, in Angeli eum specie solum vidit, Iacob scalar tantum innixum, Daniel quamuis superis gratissimus, non nisi candido lino indutum: Ioannes autem suis eum conspexit oculis, in natura agnouit, in diuinitatem eius penetravit, & sacro pectore eius caput apposuit, è quo mille arcana, scientiarum iliada, & infinitos mirabilium thesauros deprompsit. Rei huiusce testes habeo omnem prope veterum Patrum cœrum. Origenem inter primos, qui suis in Cantica homilij his de ipso verbis loquitur: *In hoc certum est, quod Ioannes in principali cordis Iesu, atque in uernis doctrina eius sensibus requisuisse dicatur, bi requirens, & perscrutans thesauros sapientia & scientia, qui reconditi erant in Christo.*

Post ipsum paucis id verbis completitur

Ee 3 tur

Allegoria.

Gen. 4.

Iosephi insignis erga Deum gratitudo.

IV.

Singularis gratia, qua super Christi pectus reuerit recumbere. Luc. 2. Ioan. 20. Ioan. 11.

Exod. 33.

Ezech. 1.

Homil. 1. in Cant.

*In Ioan. 13.* tur Abbas Rupertus, *Dignus*. inquit, fuit Ioannes de ipso sacro Dominici pect. *responde* diuinitate eiusdem Verbi, & aeterna potare secreta principij. Eisdem sequitur eodem item sensu B. Laurentius Iustinianus, sed verbis elegantioribus, & maiori eloquentia: per Apostrophem enim Ioannem compellens ita loquitur: *Sapientia*, inquit, *arcana* Ioannes in pectore, *re-*  
*Christi ca. 5.* *cumbens* contemp. ando rimaris, *curris* per Angelos, *discurris* per Archangelos, *cetera* q; caelestium spirituum legiones considerationis penna percurrando rimaris. *Tibi nunc panduntur* indicibiles *sapientia thesauri*, tibi referantur per reuolationem *sacra mysteria*, &c.

*Magna Io-* *annu reuella* laudes aut melius, aut elegantius, aut efficacius potest?

Ceterum nolite existimare, Auditores, docta hæc illustrium virorum de Ioanne præconia per hyperbolen aut vltra meritum euehendo esse dicta. Certissimum namque est dilectum hunc charumque discipulum, tam familiariter filij Dei pectori incumbentem ex hoc pectore incredibilem scientiam magnaque & infinita mysteria exfluxisse, & ex hac abyssu & puteo sexcenta sapientia æternæ arcana hausisse. Primo, æternæ hinc generationis mysterium illi reuelatum fuit, de quo scripsit, *In principio erat verbum*.

*Ioan. 1.*

Deinde iuxta sententiam Origenis, filij Dei cum Patre æternitas, itæ relationum ac personalitatum ad inuicem distinctio, dum ait: *Verbum erat apud Deum*. Tertio, consubstantialitas, vel substantiæ ac naturæ inter Patrē ac Filium identitas, cum ait, *Deus erat Verbum*. Quarto humanæ naturæ assumptio, dicendo, *Verbum caro factum est*. Et profecto: *Si altius* inquit sanctus Augustinus, *volasset, totus mundus eū capere non potuisset*. quin etiam nonnullorum opinio est diuinam ab eo essentiam tunc, cum super sacratum Redemptoris mundi pectus in cœna recubuit, conspectam esse.

*In Ioan.*

Hoc equidē afferere non ausim, dicere tamen velim, quod si Dei filius alias Apostolis tanto cum affectu & honore dixerit, *iam non dicam vos seruos, sed amicos: quia omnia quacumque audisui à Patre meo, nota feci vobis*; haud omnino à vero sit alienum, præter generalem illam cognitionem, quæ æqualis omnibus

*Ioan. 15.*

collata fuit, particularem quandam & maiorem Ioanni datam esse, cum inter reliquos Apostolos illi esset intimus, & carissimorum carissimus.

Si Apostolus Paulus ob suos ad vsque tertium cœlum raptus dicere & ausus est & potuit, *Audisui arcana verba, quæ non licet hominibus loqui*, quæq; æterno digna sunt silentio inuolui. Multo maiori cum ratione credendum videtur, S. Ioannem ad usq; diuinitatis multarum arthronum penetrasse, ac personarum diuinarum origines, processiones, relationes, proprietates & notiones nouisse, audisse quoq; & intellexisse maxima arcana cœlo reclusa, quæ, vt Paulus, aperire non modo est ausus, sed & scripto commisit, & vniuerso mundo patefecit.

Hoc eo dico confidentius, quod scriptum in Euangelio nouerim, ad omnium secretorum noticiam illum à Redemptore admissum esse, adeo vt nihil illum celarit, quidquid demum etiam magni momenti & mirabile in mûdo aut fecerit, aut facere decreuerit. Passionis quidem mysterium Matthæi 20. omnibus in genere Apostolis reuelatum fuit: sed transfigurationis tribus duntaxat: quorum vnus Ioannes erat, Matth. 18. Resurrectionis patefactum non pluribus quam duobus, inter quos erat & Ioannes, Ioan. vi. sed Incarnationis soli illi fuit detectum, de quo mira & docuit & promulgauit, & scripto commisit. Hinc Origenes & Augustinus tradunt eum in Saluatoris sinu recumbentem in paradysum paradysorum raptum fuisse, S. Trinitatis arcana vidisse, & Euangelij mirabilia hausisse, vt ipse testatur & proficitur gloratus, cum scribit in epistola, *Quod fuit ab initio, quod vidimus*.

Sublimis hæc & ineffabilis scientia, & mysteriorum diuinitatis & Ecclesiæ cognitio, in causa fuere, cur illi per excellentiam nomen *Theologi* inter omnes, qui de rebus sacris scripsere, ab omnibus tribuatur. Ita etiam appellatur S. Dion. Areopag. in suis ad eum epistolis, Hippolytus Martyr orat. de seculi consummatione; S. Epiphanius hæresi 5. Sanctus Cyrillus Alexandrinus libro 3. de S. Trinitate, Cyrillus vero Hierosolymitanus catechesi 1. S. Athanasius orat. contra

*Origin. & August. in Ioan.*  
*1. Ioan. 1.*  
*Ioannes di-*  
*ctus Theo-*  
*logus per*  
*excellen-*  
*tiam.*

tra idola; Sanctus Ioannes Chrysoſtomus præfat. in Pfalm. & alij plures, qui omnes per antonomafiam & magni honoris titulo ipſum Eccleſie Theologum nuncupant, quod in terra nemo vnquam vixerit, qui profundius in Theologia adyta & abyſſos penetrarit, neu de Deo myſterijſq; ad hanc ſcientiam pertinentib. diſſeruerit aut audacius, aut verius.

Dam. ſer. 1. de xpo. Ioan.

Eadem ob cauſas Damianus magnæ vir auctoritatis, & tam ſanctitatis nomine, quâ doctrinâ illuſtris, in libro, quem expreſſe de Ioannis compoſuit excellentia, paradifi eum ſtium nominat, aitque eum mente diuinitis illuſtrata incomprehenſibilem diuinæ ſcientiæ ſublimitatem magnitudinemque concepſiſſe. Et eſt ipſe, qui e corde Ieſu Chriſti, velut e cœleſti quodam theſauro, & ſupernaturali reſpofitorio ac penuario, in quo omnes ſapientiæ atque æternæ ſcientiæ monilia recondita erant, omnigenas opes deprompſit, & honeſta quadam prodigalitate, in ſalutem totius orbis & omnium emolumentum, diſperſit, & nemini non communiçauit.

S. Ioannes appellatus ſtuuius paradiſi.

De ipſo ſiquidem intelligendum, & ad ipſius laudes referendum, quod apud Eccleſiaſticum legimus, *impleuit eum Dominus ſpiritu ſapientia & intellectu*: ipſe enim inter omnes homines ſpiritu ſapientiæ, & intellectus repletus fuit, ac de ipſo dicendum, quod de Daniele dixit Baſtaſar filius Nabuchodonoforis, *Audiui de te, quoniam ſpiritum deorum habeas, & ſcientia, intelligenti, ac ſapientia ampliores inuenta ſunt in te*. Videte Auditores num hoc apte in Ioannem noſtrum quadrat, cum ſcientia, intelligentiaque, ac ſapientia, aliſq; ſimilibus perfectionibus inter omnes mortales ac forſan Angelos nemo illi fuerit ſecundus.

Ecc. 15.

Dan 5.

Angeli multa a Ioanne didicere myſteria. D. Chryſ.

Plura de his loqui vereretur, niſi ſententiæ huius fidei uſores haberem, certoque noſ didicere myſteria. Inuenio namque id ſcripto commiſiſſe ipſum, poſtquam ſæpe illud pro concione apud Græcos ſuos docuiſſet, Angelos ſcilicet eius velut diſcipulos fuiſſe, multaq; ab eo & ab Eccleſia de Chriſto myſteria didiciſſe. Ne quis vero quid ob-

ijciat, & velut falſitatis ſe coarguat, illis Pauli verbis ad Ephes. opinionem ſuam confirmat, *Ephes. 3. Vi innotuſcat principatibus & poteſtatibus in cœleſtibus per Eccleſiam multiſormis ſapientia Dei, quam fecit in Chriſto Ieſu Domino noſtro.*

Hoc igitur pacto dicere nobis licet, tam S. Ioannes illum Angelorum, & cœli, quam hominum hominum & Eccleſiæ doctorem fuiſſe. Ut enim illos & Angelomyſteria edocuit, ita & hos veritatem, & rum do- aduerſus hæreſes digladiari. Primo aduerſus infame Nicolaitarum dogma, in matrimonij dedecus aſſerentium, cœminas omnibus eſſe debere communes, ſcripſit ſecundum Apocalypſeos caput; Ebionitarum blaſphemias Chriſtum Deum eſſe negantium, ſcripto iugulauit Euangelio; aduerſus hæreſin Cerinthi, qui Chriſtum nonniſi phantaſtica & imaginaria in carne apparuiſſe ſuſtinebat, ſuas euulgauit epistolâs. O illuſtrem doctorem, & virum ſanctiſſimum! Hic porro in eius laudibus commemorandis ſinem faciam, reſtat enim vt de cruciatibus eius & martyrio loquar, quibus ſecundam concionis partem deſtinaram, eam ergo iam aggrediamur.

Hiſtorix porro ſeries hæc eſt. Cum longo poſt Redemptoris mortem tempore Ioannes Ephes. crucem & Euangelium prædicaret, ſeruens o-

V. Ioannes in

Domitiani Imp. iurati Chriſtianorum hoſtis leum iniuſſu Romam euocatur, vbi iniqua iudicium ſententia, comam per ſummam ignominiam deronſus, & virgis caſus; ante portam Latinam in feruentis olei dolium iniicitur. Porro hæc capillorum detonſio duo magna & illuſtria dea otibat: Primo regiam in ſacerdotio dignitatem: ex Apocalypſi hoc eruere eſt: *Qui fecit nos Deo noſtro Rees & Sacerdotes*. Secundo perpetuum & inuolabilem Dei cultum & obſequium, cui iam inde ab adoleſcentia ſe dedicarat, & a quo nullis cruciatibus dimouendus eſſet. Motis adhæc apud Romanos erat, vt detonderent eos, quos bello ſubigerent, deronſosque deinde ſub hafta venderent. Huius conſuetudinis meminit & Deuteronomium, *De captiuitate nudati inimicorum capitis*. quin & in lege Moſis oves prius derondebantur, antequam in ſacrificium maçtarentur. Tertio comam tonderi a quo animo paſſus eſt, vt teſtaretur terrena ſe

Cur Ioannes detonſus, antequam in oleum iaceretur. Apoc. 5.

Deut. 31.

na ſe

Crines sunt  
symbolum  
terrenorū.  
Alexander  
milites suos  
radi iussit.

2. Cor. 1.

Rom. 1.

Apoc. 1.

1. Pet. 2.

S. Ioannes  
plura pati-  
tur marty-  
ria.

Gal. 2.

na se omnia ac mundana contemnere & vel-  
ut quisquiliis abijcere, quibus iam inde ab  
ætate iuuenili renuntiarat: & sane crines ve-  
ra vanitatum & rerum terrenarum tempora-  
liumque sunt symbola. Quarto, in militia  
argumentum, & vt se aduersus carnem, mun-  
dum, ac dæmonem decertare paratum ostē-  
deret. Ita & Alexander Macedo, quo mili-  
tes bello aptiores redderet & pugna comam  
illis & cæsiem radi iussit. Quinto, in con-  
tumeliam & fatuitatis probum, eos quip-  
pe mundos vt fatuos & insensatos explodit,  
qui Christum sequuntur; atque eis stulti-  
tiam affigit, qui Venerem, honores & o-  
pes negligunt & contemnunt. Ipse etiam  
Paulus huic fuit contumeliæ expositus: om-  
nium namq; Christum sequentium nomine  
ait, *Nos stulti propter Christum.* sed è contra  
mundus ipse, dum se sapere credit, stultescit  
ac desipit quam maxime; de quo idem scri-  
bit Apostolus, *Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt.* &c.

S. Ioannes ergo vt stultus habitus ab om-  
nibus, & irritus, abiecti mancipij instar radi-  
tur, & oleo inijcitur. Hæc aliaque præfago  
didicerat spiritu sibi euentura. Inter alias en-  
im Apocalypseos suæ visiones vidit filium  
Dei, cuius ab ore gladius anceps promica-  
bat, & cuius pedes similes ardenti aurichal-  
co, sub cuius visionis vmbis hocce latet my-  
sterium. Apostoli siquidem pedes fuere Chri-  
sti, atque hic denotabatur, omnes per tor-  
menta, cruciatus, tribulationes, quas ignis  
nomine, & fornacis signare sacra Scriptura  
solet, Dominum sequi debuisse. Huc alloquit  
S. Petrus, cum scriberet: *Christus passus est pro  
nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini  
vestigia eius.*

Ioannes ergo pedum Christi vnus in igne,  
i. e. feruens oleum trahitur. Quot vero marty-  
ria, quamq; varia hoc in mundo pertulit?  
Primum in cruce, cui, Domino patiente, ipse  
intrepidus adstabat, & verisimile fit eadem il-  
lum in animo tulisse tormenta, quæ suo Re-  
demptor in corpore. Si Apostolus Paulus tot  
post passionē Domini annis ex suo erga Re-  
demptorem amore dicere potuit, *Christo con-  
fixus sum cruce;* quid de dilectissimo hoc disci-  
pulo ardentissimoque Domini sui amatore

dicendum aut cogitandum, qui ipsa passionis  
die cruce & patienti adstet? sane credibile vi-  
deatur, sicut magistri corpus cruce confixum  
hærebat, ita & discipuli cor & animam ei af-  
fixum fuisse.

Si vaccæ è terra Philistijm arcam in If. 1. Reg. 6.  
rael transferentes præ dolore mugiebant,  
quod à vitulis suis sequestrarentur, quos  
domi in stabulis lactabant; vituli vero que-  
rulo mugitu & boatu matrum vbera expo-  
scebant; quo discipulum hunc dilectissimum  
doloze cruciatum putabitis; quibus cor e-  
ius angustijs lancinatum? quas illum effu-  
disse lachrymas? quot anhelò è pectore tra-  
xisse suspiria? quot sensisse cruciatus? quot  
planctus & lamenta edidisse? vbi à glorio-  
sissima Virgine, quam in matrem selegerat,  
& à Iesu Christo, quem vt amicum, ma-  
gistrum, ac patrem habebat, separatam se  
vidit?

Cum vero Ioannem in monte Caluarie  
sub cruce stantem contempletur Christo pro-  
ximum, videre videor illum Ionathæ armi-  
gerum, dominum per rupium & monti-  
um inuia, per prærupta saxorum, per præ-  
cipitia sequentem, donec hostes omnes de-  
lessent, Ionathas enim princeps manibus  
pedibusque repens ad montis verticem pro-  
serpsit, vt inde hostem adoriretur; quem  
armiger eius pone secutus est eiusdem ani-  
mi & audaciz: *Ascendens Ionathas manibus  
& pedibus reptans, & armiger eius secutus. Et  
eum.* Et ecce Iesus Christus natura cæli ter-  
ræque princeps, manibus pedibusque con-  
nitens, in crucis fastigium conscendit, ar-  
que ibi mansit crucifixus S. Ioannes fidelis  
& feruens famulus, qui nunquam ab eo de-  
sciuerat, quam promptissime eum secutus  
est, & eidem confixus cruce inde tormenta,  
passionem, dolores & cruciatus illius con-  
templebatur.

Post primum hocce martyriū, quod ani-  
mum ei adeo afflixerat, nouum ecce hodie  
illi paratur, quo corpus eius torqueatur, quā-  
do nimirum sine vlla compassione ac miseri-  
cordia in bullientis olei immergitur dolium. Thomiri-  
dis Regiæ in Cyrum  
Hæc Domitiani feritas memoriam mihi a-  
liarum apud Ethnicos olim exercitatarum  
refriscat. Thomiris regina Massagerarum feritas.  
cum

cum ob filij sui necem efferscens & astuans ultionem meditaretur, tandem Cyrum ipsum Regem comprehendit, caputque illi præcisum dolio sanguine pleno immergit, dicens: *Bibe sanguinem quem sisti.* Ita & Romani pari feritate, & eodem aduersus Iesum Christum, quem Apostoli eius prædicabant & Ioannes imprimis, odio flagrantes, nõ caput eius duntaxat, sed & corpus integrum in feruentis olei dolium coniecerunt. Parthi

Mors Crassi

barbarie ac feritate pares, cum M. Crassum Rom. Imp. in potestate haberent, liquidum ori eius aurum infuderunt, idque per ludibrium & contumeliam, quod nimirum auri fame ac desiderio actus bellum hoc Parthicum suscepisset, quod eleganti illo disticho Poeta exprimit:

*Dum pe it Euphratem fatis lachrymantibus, aurum,*

*Quod sisti Crassus, mortuus ille bibit.*

Eadem credo crudelitate Ethnici indignati, Christianis Deum ac Dominum esse, cui nomen Christus, id est, vnctus aut oleo sacrat, quemq; Spiritu S. vnctum prædicabant Apostoli, nomenque eius esse voluit oleum effusum, materiali eos oleo immergere & enecare volere, & Ioannem nostrum imprimis. Sed barbariem Ethnicorum omittentes, gratiores inde conceptus eliciamus.

Cant. 1.

VI.

Oleum olim adhibitum in sacrificio pacifico.

Victimis pacificis oleum addi volebat lex vetus, non vero ijs, quæ pro peccato offerrebantur, quod nullum peccatori esse debeat gaudium, cuius oleum symbolum est & nota. S. Ioannis potro martyrium verum fuit sacrificium, pacificum inquam, non autem peccatoris, eo quod esset discipulus Domini carissimus: hinc addi illi oleum oportuit, sed oleum lætitiæ & exultationis, quali filius Dei vnctus à Propheta dicitur: *Propterea snxit te, Deus, Deus tuus oleo lætitiæ pra confortibus tuis.* Hinc in feruentis olei ahenum ante portam Latinam Romæ missus est.

Psal. 44.

Luctatores olim & athletæ, antequam luctam susciperent, oleo artus suos perungebant, vt hoc pacto & vngue consueti pararentur. S. Ioannes, cum martyrio suo mundum, diabolum; ac tyrannos prouocasset in

*Bessai tom. 3. De Sanctis.*

certamen, & hodie in arenam decertaturus descenderet, ante eum oleo non inungi modo, sed & immergi voluit Deus. Inter cætera, hæc tria oleum propria habet, coloribus decus & lumen addit, ignem fouet & alit, & medicum est, & plagas locaque affecta inungit. S. Ioannes ergo quoniam Ecclesiam illustrare, & fidei virtutumque Christianorum decus augere, velut Apostolus, ac verbo Dei populos pascere & alere, velut Euangelista & doctor, & morbis plagisque delinquentium vti Confessor mederi debebat; hinc eum Deus oleo inungi voluit, vt merito deinde illud Psalmistæ occinere posset, *Impinguasti Domine oleo nona modo caput meum, sed & vniuersa corporis membra.*

Olei tres proprietates.

Psal. 22.

Olim in veteri lege siquando Reges, Prophetæ, ac Pontifices iniuriarentur, aut inaugurarentur, oleo vngi ipsos mos erat, quod vero Ioannes noster Euangelistarum futurus esset Rex, & Prophetarum primus, & inter Sacerdotum principes etiam numerandus; cum de ipso illud Ecclesiastici merito dici queat, *Ecce Sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, & inuentus est iustus;* hinc oleo vngieum oportuit, non in manibus, aut capite duntaxat, sed & per totum corpus, vt hac omnium membrorum vnctione maxima gratiæ in anima eius communicatio declararetur.

Reges, Prophetæ, & Pontifices olim vnguntur.

Docent hoc ante me SS. Patres, & imprimis Magnus Gregorius, qui veteris consecrationis exponens ritus, ait, per oleum lenticulæ, id est, vasculi cuiusdam exigui, quali scilicet inunctus est Saul, pauxillum gratiæ denotari; sed oleum in cornu, quale 1. Reg. 10. & 4. Reg. 1. legitur, illius signare copiam. Vnde hoc elicio, si oleum, quo Reges olim, Sacerdotes, & Prophetæ inungebantur, in lenticula aut vasculo aliquo asseruatum paruam quoque denotat gratiã, in cornu vero magnam, certissimum esse, illud in vase aliquo capaci ac dolio infinitam prope significaturum, talem inquam, qualis Ioanni nostro collata fuit, scientiæ præsertim & doctrinæ.

Super 1. Reg. 10. & in Ezech. 40. 2.

1. Reg. 10. 4. Reg. 1.

Inter præcipua Ecclesiastici consilia hoc potissimum demiror, *Omni tempore sint vestimenta tua candida; & oleum de capite tuo non deficiat.* Eccl. 9.

Ff Scio

Oleum sapi- Scio oleo hoc mystice sapientiam declarari, quæ semper in capite nostro sit oportet, iuncto virtutum & bonorum operum candore & innocentia; sunt quippe hæ animæ vestes. Cum autem oleum hoc non de capite modo sancti huius viri, sed nec de corpore quidem toto defecerit, qualem animæ eius incedisse putabimus sapientiam?

Iob vitæ præteritæ prosperitatem & adolescentiæ benedictionem commemorans, inter alia hoc de eadem prædicat. *Quando lauabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei.* Si in his suam beatitudinem sitam credebat Iob, maior sane Ioannis nostri felicitas fuerit oportet, cum non petra, sed abena vasa, doliaque non riuos, sed exundantes olei torrentes effuderint, quibus non pedes modo, sed vniuersum plane corpus noua quadam ratione abluit.

Iobi adolescentis prosperitas.

Benedictio Iacobo data. Isaac Patriarcha Iacobo datâ benedictionem recensens apud Esau, ait: *Frumento, & vino, & oleo stabilui eum.* Tria in hac benedictione occurrunt, panis, vinum & oleum. Similem quoque a Redemptore benedictionem Ioannes noster recepit: frumento enim & vino stabiluit eum, cum sacerdotem ipsum cõsecrauit, plena in corpus suum & sanguinem sub vtraque specie potestate data; hodie vero ante portam Latinam oleo eum stabiluit.

Egregiam & ad posteros futuraque generationes transmittendam imaginem tabulamque depingere qui volet pictor, oleum coloribus permiscere solet, quo & lux tabulæ addatur, eiusque venustas & perfectio perficitur diutius, communes vero tabulæ aqueis duntaxat coloribus pinguntur. Ita plane & pictorum princeps Christus, Ioannem velut viam vitæ suæ & morum imaginem, quæ diu in Ecclesia sua conspiciatur, relicturus, oleo eum hodie depinxit, in oleo plenum vas ipsum immergens; reliqui autem Sanctorum, vti imagines vulgares hoc depictæ modo non sunt.

Oleum symbolum sanctæ doctrinæ & donorum cœlestium. Denique vt Theologice non nihil de illustri hoc liquore, qui inter cæteros velut Rex quidam eminent, & alijs descendens super-natat, loquar, ipsum in sacris litteris video vt donorum ac charismatum cœlestium sacræ

que doctrinæ symbolum atque hieroglyphicum notari. Ita apud Ezechielem: *Et oleum Ez ecb. 16. meum, & vntama meum posuisti oram eis & Osee 2.* Osee 2. oleum & thymiamata in aris idolorum collocare, S. Hieronymus tantundem esse a-Super Osee it, ac donis Dei abuti, & doctrina sancta er-12. rores elicere, hæreses confirmare, & ferro oleum in Ægyptum, quod Osee 12. dicitur, est mysteria profanare, & scientias sacras & verbum Dei gentilium fabulis, historijs, apophthegmatis, verbisque permiscere; quod vna quadam est Sententia, per oleum peccatoris, quod in Psalmis, & apud Prophetam hunc legitur, adumbrata.

Curi ergo oleum verum esse veræ sapientiæ symbolum, indubitatum sit, vt dextrum o-sanctos remen accipio, cum Ioannem hodie in oleum liquos domissum contemplor, doctrina nempe illum & sapientia reliquis sanctis, Apollolis, Do-pientia suctioribus & Euangelistis præstiturum, cum perauit. olei omnes abundantia ac suppliciorum magnitudine superarit. De illo igitur vere dici Dauidicum illud potest: *Oleo sancto meo unxi Psal. 83. eum.* Et si Prophecia dicere licuerit, *Impinguasti in oleo caput meum:* repetere Ioannes non-ster parodice poterit: *Impinguasti in oleo caput meum.* cum sciant quæ prædis sententia in feruentis olei dolium Romæ ante portam Latinam missus est.

Sed audite miraculum, notate prodigium. Oleo Ioannece tibi cœlesti bonitate hominum terrenes sopes norum feritatem oppugnante, & Diuina p-emergit. uidentia iniquitati Domitiani Imp. se obicientem; Ioannes insons è barbaro hoc immanique cruciatu nullam refert noxam, integer ac sopes oleo egreditur, illæsus è conflictu redit, deque tyrannis, tortoribus, tormentis & cruciatibus triumphum agit. Huc alluisse videri queat Redemptor, cum Petro de Ioanne anxie inquirenti respondit, *Si eum volo manere, donec veniam, quid a te?* quibus sane verbis prædixisse videri queat, quod postea reuera contigit, scilicet ipsum post gloriosa aliorum Apostolorum martyria, ac triumphos cœlo receptos, diu illis superstitem fore, nec carnificis manu aut ferro moriturum.

Egregiâ rei huius figuram Regum historia 2. Reg. 21. suppeditabit. David cum è cruce ancipitiq;

certamine domum redisset, duces eū ac tribuni hac oratione compellarunt: *Non egredieris amplius nobiscum in praelium, ne extinguas lucernam Israel.* Ita & coeleste consistorium ac Parlamentum, viso Ioannem hodie è certamine reuerti, ipsum deinceps in cruentū martyrij contra tyrannos ac tortores certamen reuerti noluit, ne forte Ecclesie totius decus ac lumen extingueretur.

Allegoria.

Quod in libro Sapientie de Iacobo Patriarcha legitur, *Custodiuit illum ab inimicis, & à seductoribus tussit illum, & certamen forte dedit illi, ut Sinceret;* non inscite in Ioannem nostrum quadret: ipsum siquidem inter alios sexcentos Deus tam sedulo custodiuit, & à tyrannorum rabie, mortis impetu, & mundi huius illecebris tutatus est; illi quoque certamen forte hodie martyrij dedit, id est, feruentis huius olei cruciatus, ut victor inde emergeret, & gloriam sibi compararet.

Sap. 10.

In ipso igitur promissum illud Psal. 90. adimpletum fuit, *Quoniam in me sperauit, liberabo eum, eripiam eum, & glorificabo eum.* pro sperauit vero in Hebræo legitur, *quoniam me diligit, liberabo eum.* quod Apostolo huic nostro egregie conuenit, qui quod Christum vnice diligeret & complecteretur, à crudeli hoc supplicio per eum est ereptus.

Psal. 90.

Cur Ioannē Deus in oleo mori noluerit.

Noluit porro Dominus dilectissimū suum in oleo perire, quod supplicium hoc eius nature & qualitati adeo contrarietur. Liquor namq; hic multarum rerum est symbolum primo diuinitatis, nam vt oleum nunquam aliis commiscetur liquoribus, sed illis semper supernat; ita quoque diuinitas, quæ humanitati quidem vnita & coniuncta fuit, nō tamē ei inmixta, vt symbolum Athanasij præfert, *non commixtione substantia, sed unitate persona.* Cum ergo oleum sit Dei, in quo uiuimus, mouemur & sumus, symbolum & nota, nefas sane erat & indecens, id quo vita denotatur, mortem adferre illi, qui magno animi affectu Redemptoris ad se animum pertraxerat.

Oleum diuinitatis symbolum.

Act. 7.

Item uirginitatis.

Fuit item oleum uirginitatis symbolum, & aliis immisceri, permisceri que nequeat liquoribus: hinc ab adulterarū sacrificiis ipsum excludebatur. Hinc, quod uirginitatis erat

hieroglyphicum, mortis esse nō debebat instrumentum illi, qui toto vitæ tempore eam intactam illibatamq; conseruasset. Has ergo ob causas illæsus conseruandus erat hic Apostolus, & à morte in olei dolio immunis custodiendus.

Huc egregie facit, quod in Leuitico legitur. Precepit tibi Deus, vt qui sibi offerēdi erant panes, azymi forent, oleoque delibuti ac conserpsi: *Cum autem obtuleris sacrificium Leuit. 2. eorum in cibano, de simila panes scilicet ab que fermento, conserpsos oleo.* Denotabatur hac Allegoria.

sanctione, quod quicumq; se ab omni corruptionis fermento alienos Deo offerrent, misericordiam impetraturos. Cum ergo Ioannes noster corpus animamque suam ab omni corruptione libera, & oleo cōserpsa Deo obtulisset, an nō æquum rationiq; cōsonum erat, vt insignicum misericordia illæsus hodie, & à morte in olei tormento immunis conseruaretur.

Hæc igitur magni huius miraculi series est: uidete quoque, vt S. hic Euangelista, sospes & victor è medijs supplicijs, è tortorum manibus, è feruenti atheno emergens, Domitianum Imperiterrefaciat, Romam vniuersam percellat, Gentiles & idola ipsa confundat, naturam in stuporem, & neminem non in admirationem rapiat. Si mirabilis illa trium puerorum Hebræorum è fornace illa vasta, quam Nabuchodonosor accenderat, sine vilo damno liberatio vniuersos Babylonios, & inde omnes regni incolas in stuporem rapuit; similis ac non minus prodigiosa Apostoli nostri ex olei feruentis dolio sine noxa ac læsione ereptio vniuersum Imperium Romanum, tyranni huius assecclas, simul quoq; mortales omnes ingenti admiratione compleuit.


Vos porro Christiani auditores, qui in Laudes S. signe hoc miraculum admiramini, magis, Ioannis. quaeso, illum obstupescite, cuius in gratiam id factum est, vitam eius mente, animoq; euoluite, animositatem eius in mundi vanitatibus iam inde ab adolescentia contemnendis perpendite, notate eius in Redemptore sequendo promptitudinem: sed imprimis illam, quæ longe maiorem stuporem meretur, scientiæ ad mystera com-



prehendenda profunditatem, item illam ad mirabilia intelligenda & inquirenda sapientia abyssum, incredibilem quoque dignitatem & eminentiam, qua & Angelos docere meruit, incomparabilem etiam ingenij ad omnia diuinitatis arcana penetranda perspicaciam, astuantem denique illum Deo feruendi eiusque Ecclesiae iuandae affectum.

Quis te porro non admiretur, orbis miraculum? equis non colat & suspiciat filij Dei delictum? quis non inuocet, & compellet inter caelites & beatos summe? Tu siquidem admiratione dignus es, cum te spiritus illi caelestes obstupuerint ac suspexerint, & magna quaedam & illustria te docente didicerint, cum denique scientia, sapientia, Philosophicis ac Theologicis disciplinis omnes omnino mortales antecelleris; honorem quoque & cultum mereris, cum eum tibi Angeli ipsi detulerint, tuos se collegas & conseruos confessi in Apocalypsi; cum te seruator orbis in amicum selegerit, eaque honoris & amoris ergate signa ostenderit, te ut suum super pectus & in gremio suauiter siuerit recumbere. Inprimis vero inuocandus es, quod sanctus ac beatus, ac Regi Regum sis carissimus, hodie quidem in caelis regnanti, ut olim inter mortales agenti. Te ergo omni quo possumus affectu, sanctissimae Euan-gelista, inuocamus, nostras tibi deprecationes offerimus, & qua possumus animi contentione compellamus, aures postulantis aperiri, supplicibus dexteram porrigere, preces nostras exaudi, & praesta, ut te deprecante ex vita hac miserabili egressi in beatum alterius portum inuehi mereamur, ad quem vitae nostrae cymbam dirigant

Pater, Filius, ac Spiritus  
Paraclerus, Amen.



## CONCIONES OCTO

IN FESTO VENERAB.  
SACRAMENTI, ET PER  
OCTAVAM.

## PRIMUM MIRABILE.

De excellentia Sanctiss. huius Sacra-  
menti.

Partitio.

1. *Mysterium hoc credendum, non scrutandum.*
2. *De varia V. Sacramenti excellentia.*
3. *De titulis nonnullis parvis Eucharistici.*
4. *De figuris eiusdem nonnullis.*
5. *De amore se dantis in cibum ac potum.*
6. *De pacto fœdere amoris.*
7. *De retributione amoris mutui.*

Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator Dominus, eam dedit timentibus se. Ps. l. 100.

## FIGURA.

Formosa Rebecca gaudio & lætitia exultas *Gen. 24.* vicinis suis & sodalibus monilia cimeliaque, qua Isaac futurus sponsus, velut amoris pignus & matrimonij ineundi arrhas miserat, ostendit. Cum quæ hodie per vniuersum Christianum orbem sunt contemplor, Ecclesia mihi idem ipsum videtur imitari: utpote quæ gaudens & exultans, pretiosum & egregium corporis & sanguinis Christi monile, quod dilectissimus illi sponsus, in amoris signum, & matrimonij confirmationem dedit, per vicos & plateas omnibus spectandum proponit & publice circumfert.

Cum Arca Testamēti è monte Sion in pretiosum Salomonis templū deducta fuit, summo eā cultu & veneratione Sacerdotes & Leuitæ tulisse, Rex vero & omnis populus ho-

ROSE